



1. Dorscher s. Joh. Georgij diff.
 de Sanguine et sufficiato.
 Rostockij 1683.
2. Teutschmann s. Joh. diff.
 de Bonis operibus.
3. Dorscher s. Joh. diff aduersus
 Iudor et scotia noxi
 Rostockij 1686.
4. Edzardi s. Erre diff aduersus
 Iudor et scotia noxi
 Rostockij 1686.

DISSE³¹
TATIO THEOLOGICA
DE
FIDES SIMPLICE

^{quam.}
Consensu Amplissimæ Facult. Theologicæ
Sub PRÆSIDIO

VIRI MAGNIFICI, SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQ^E EXCELLENTISSIMI,

DOMINI

D. JO. FRID. MAYERI,

Sacri Palatii Cæsarei Comitis, Consiliarii S. Reg. Maj. Svcc.
Sereniss. Duc. Holstæ, & Reverendissimæ Abbatissæ Quedlinburgensis in
Sacris Primarii ; Universitatis Gryphiswaldensis Pro-Cancellarii Perpetui,
& Professoris Theologiae Primarii, Consistorii Regii Præsidis, Pomeraniae
Svecice Rugicæ Superintendantis Generalis, Facultatis Theologicæ
h.t. DECANI, atq^E Academiæ RECTORIS,

Patroni Sui summâ observantia colendi,

PRO LICENTIA

consequendi Doctorales in Theologiâ honores
placidæ Eruditorum Disquisitioni

ad d. 25. Octobr. 1702.

offere.

JOACH. FRID. Schmidt /

Ecclesiastes Stargardensis.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS DANIELIS BENJAMINIS Starckens/
Reg. Academ. Typogr.

39

DIESER LATITIO THEOLOGICA

FIDE SIMPLICE

CENSU MUNDI AMBIVALENTIAE ET FIDEI THEOLOGICAE

SER. RESIDIO

IN CONVENTU S. MARIAE MAGDALENAE VENUSTOVA

AKTUS AVANTIAE

DOMINI

D. JO. HED. MAYERI

SCRIPSIT PATER CLEMENS CLOPPENBURG CONSILIARIUS R. C. M. 1720
SECRETARIO DUCIS HONORABILIS ET EXCELSISSIMI AVGVSTI ALEXANDRII LUDVICO
SECRETARIO ET CONSILIARIUS IMPERATORIS AVGVSTI ET FRANCIS I. FONTE
SECRETARIO IMPERATORIS AVGVSTI ET FRANCIS I. FONTE
SECRETARIO IMPERATORIS AVGVSTI ET FRANCIS I. FONTE

E. DEC. 1711. IN EDITIONE ACCEPTE RBC. ORT

PER TONIUM SEMINARII APOLYGRAFICI COLLEGII

P. PRO LEGIBUS

CONFESSORIUS THEOLOGORUM IN FESTO GOETHE'S PENTECOSTIS

LIBRARY THE LIBRARY OF THE DIAZINION

IN A. D. 1711. O. DEP. 1711.

Ort

LÖVCH. HED. SCHMID

SECRETARIO SEMINARII

CHRISTIANVS ALDVR

ANNO DVMVERIS AVGVSTINIANIS EDITIO
RE. DEC. 1711. ADDIT. 1711.

PER-ILLUSTRI BARONI,
DOMINO,
DOMINO PAULO
à FUCHS,
SACRÆ MAJESTATI RE-
GIÆ PRUSS.

à

CONSILIIS STATUS ET BELLİ INTIMIS,
SUMMB REVERENDI CONSISTORII PRÆSIDI,
ET NEGOTIORUM FEUDALIUM
DIRECTORI &c. &c.

DYNASTÆ IN MALCHO ET FUCHSHÄVEL &c. &c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,
MÆCENATI MAXIMO,
VITÆ PRÆSENTIS COMMODA,

ET

FUTURÆ SEMPITERNA GAUDIA,
SIMPLICIS FIDEI,
CERTISSIMOS FRUCIUS
APPRECOR.

PERILLUSTRA BAAOM
DOMINO
DOMINO PAULO
HUCHS
SYCKE MAJESTATI RE
EIKE PRUSS

CONSLIS STATUTS ET EELTINTIMIS
SVMIS REVERENDI CONSISTORII PRESIDI
ET NEGOTIORUM FUNDALVM
DIRECTOIS &c &c
DIAVATIS IN MARCHIO ET EMBLEMATE C. &c
DOMINO MEDIO GRALIOSISSIMO
SCLERENATA DE SAXIA
VITA PRAESENTIS COMMONDV
ET
PATERA SEPIETRINA GARDIA
SIMPLICIS HEDDI
CERTISSIMOS ERUDITUS
APPRECOOR.

PER-ILLUSTRIS BARO, DOMINE GRATIOSISSIME.

Fides Simplicissima, optima Fides. Ea qvi instructus est atqve ornatus, omnium mortalium censendus est prudentissimus & qve ac felicissimus. Eam qvi mente complexus est, stolidam & nimis curiosam, speculandi rationem animo ejicit suo, rerumqve ad salutem æternam conseqvendam facientium fugit ignorantiam. Neutri enim concedit locum *Fides Simplex*, qvæ Sapientia est verbo DEI revelato contenta qvidem, una tamen ex eo justè cognoscens, qvicqvid animæ prodest saluti. Hanc Fidem amplexi sunt, qvotqvot nunc beatitudini gaudiis fruuntur sempiternis. *Simplicis* igitur *Fidei* cogitatio omnes ad celum properantes habet sollicitos. Qvapropter & ego fidem meam declaraturus simpliciter dissertatione qvadam, qvid celi candidatis sit credendum, exposui. Quem exiguum laborem, Tu, Per-Illustris Domine, Nomini dicare haud sum veritus.

tus. Ab animi Simplicitate hoc meum profectum est
consilium, nec dubito, qvin benevolia Tua, *Vir Per-*
Illustris, in literas Sanctiores Voluntas id benignè sit
approbatura. DEUS T. O. M. Te, *Vir Per-Illustris*,
suo tueatur Præsidio, omniqve muniat incolumitate, quo
Præpotentissimus REX, operâ Tuâ diu adhuc uti, &
Ecclesia pariter ac Respublica prudentissimis Tuis con-
siliis non tantum conservari, sed etiam majoribus sub-
inde felicitatis accessionibus crescere possint atqve au-
geri. Voro respondeat precor DEI Voluntas ac pro-
sper successus. Me verò, *Per-Illustris Baro*, Tuæ
gratiæ habeas commendatissimum, qvi nunquam com-
mittam, ut Te, vel defendisse me, aut meæ favisse saluti
pœnitentia. Dignum igitur me ut judices summopere
contendo,

PER-ILLUSTRIS BARO,

DOMINE GRATIOSISSIME,

Qui Excellentia Tua & ad preces ad
Deum fundendas, & ad qvævis offi-
ciorum genera paratissimus ap-
peller Cliens.

JOACH. FRID. Schmid.

I. N. J.

Tempora labuntur: Æternitas advolat: anima consulendum saluti. Illis præterlapsis, ista nihil ostendit præter gloriam ac iram sempiternam, nec hæc impiæ morte semel amissa instaurari poterit. Qvicquid enim salutis recuperandæ extat: id omne angustis hujus vite terminis est limitatum. Tempora igitur præsentia optimè collocanda. Non momentum prætermittendum, quo non id agatur, ut anima perpetua nec ullis seculis terminanda floreat felicitate. Fieri autem id nequit, nisi intellectus à Spiritu S. semper duratura veritatis illustratus sit luce, & voluntas pio accensa desiderio cognitam amet, atq; eligat. Nam utrumque conjungendum existimant literæ sacrae. Intellectus, quid credendum sit, cognoscat necesse est: voluntati amplectendum, qvicquid ab intellectu cognitum proponitur. *Ef. LIII.ii. Joh. XVII. 3. Joh. I. 5. 12. &c.* Quapropter exulare jubetur doctrina, quæ mysteria de DEO tantum voluntatis, non etiam intellectus tribuit illuminationi, illa mysteria cerebri, hæc amoris appellans. Nos in hac vita æterna salutis rationem habituri, animiæ scrutandi subtilitate promptissima errorum genitrice abstinebimus, simplicem fidem, quæ & intellectus & voluntatis postular illuminationem, propositrui. *DEUS T. O. M. destinata auxilio adjuvet suo.*

*fidei illa
proposita*

§. I.



Oces evolvemus, antequam rem aggrediamur, ne carum significatio ambigua inanes pariat disceptationes. Fidei significatio multiplex cognita est atque explorata. Paucis, quod ad rem nostram declarandam facit, exponemus. Fides h̄c & rem credendam complectitur sive doctrinam, quae apprehenditur, & salutarem ejus cognitionem. Quam vim huic voci Scriptura S. vindicat Gal. IV. 10. ubi dicens tūs πίστεως sunt, qui quasi in domo fidei habitant, quæ fundamento nititur CHRISTO JESU, in cuius sapientissima cognitione omnem salutem repositam atque construetam esse simpliciter censem, credunt, certoque confidunt omnes tūs πίστεως Job. XIX. 25. Esa. LIII. 11. Gal. II. 20. Utrumque igitur πίστις h. l. complectitur & fundamentum, & ejus salutarem cognitionem. Illo enim sublato fides est nulla: hac à fundamento avulsa nemo dicens tūs πίστεως esse potest, sed à domo fidei exulat, & ab omnibus bonis à Patris gratia proficiscientibus 1. Job. II. 23. Conf. Eph. II. 29. ubi dicens tūs πίστεως vocantur συμπλήται τῶν ἀγίων, καὶ οὐκέπι τῷ θεῷ. Tales autem esse non possunt, nisi ēk tū Θεμελίων τῶν ἀποσόλων καὶ προφῆτῶν ἀρχωντιῶν δύσπιστοι χρηστοὶ v. 20. ēk πνεύματι v. 22. cognoscant. Hülfemann. in Assertione Theologica quod simplicissima Fides sit optima. Fides §. X. XI. XII.

*simplicitas
propria*

§. II.

Vox simplicitatis in propriissima significatione idem valet, ac quod non ex diversis est compositum, sed uno quodam genere constat Flacius. Inde & Hesychius vocabulum græcum

cum ἀπλόν interpretatur per τὸ αὐτόν θεον η̄ τὸ μὴ πλάγιον. Ad originem ejus si deflectere vclimus, ea non discrepat ab hac significatione. Nonnullis enim idem exprimere videtur, quam quod duæ illæ voces sine plica. Græci quoque eandem vim vocabulo suo tribuunt: quippe qui vestes non rugatas appellant ἀπλόδια, sive ἀπλᾶς χλαῖδαι. Sensu vero translato in bona æque ac malâ parte eam leges usurpatam. Id quod egregriè explicat Svidas his verbis: ἀπλότης διῆγη, η̄ μὲν ἐν φρασὶ διάνα η̄ δε ἀρένης η̄ ἀδικίας. Et simplex modo ^{simpliciter} ille vocatur, qui omnium rerum est rudis ac imperitus naturalis quodam rationis defectu laborat: modo is, qui haud fucata morum probitate est insignis, malitiam, fraudes, artes atque dolos ex animo ejicit suo, ac aperto mentis candore DEUM veneratur, omniq; fallendi studio remoto aliorum utitur consuetudine. Et ne hoc ipsi finxisse videamur, nobiscum faciunt sacræ literæ. Prov. I. 22. & Cap. VII. 7. VIII. 5. Simplex ponitur pro rudi stulto ac ratione minimè recte utente. Τοῦ enim is est, cuius animum tam præ postera tenet simplicitas ac stolida rerum, imprimis divinarum ignorantia, ut quidvis facile ipsi persuaderi poshit, quo decipiatur, atque ad peccata seducatur. Bonam simplicitatis significatio ^{Ju V. T.} declaraturi Hebræi adhibent ~~τὸν~~ vel τὸν. Quæ voces integratem denotant atque innocentiam, quæ nihil vel malitia, vel fraudis, vel etiam pravæ ignorantiae admittum habet, Psalm. XXV. 21. 2. Sam. XXII. 34. Gen. XX. 5. In N. T. ἀπλοῖοι vocantur simplices atque ἀπλοί. Illi cornua deponunt ac nocendi cupiditatem, nec aliorum astutè meditantur perniciem, columbarum imitantes naturam, contenti non lassissi, & satis habent, si piæ prudentiæ beneficio adjuti impiorum defugere possint insidias. Vid. Matth. X. 16. Rom. XVI. 19. Phil. II. 15. Laudandæ hujus simplicitatis veram exprimit indolem Vernulejus his verbis: Passim apud Juris Consul-

tos. & in sacrorum canonum Libris insignia loca reperiuntur ; in quibus simplicitati subveniendum esse affirmatur. Hanc tamen cum modo esse oportet. Si enim simplicitas esset fatuitas quædam, damnosa foret & vituperio digna. Modum inuuit ipse CHRISTUS : *Estate prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbe.* Mattb. X. & Rom. XVI. Volo, sapientes esse in bono, & simplices in malo. D. Hieronymus ait : *Prudenter absque simplicitate, malitiam esse, & simplicitatem absq[ue] ratione, stultitiam nominari.* Hi vero simplicitatem columbae habent, qui nulli dolos machinantur, nec aliorum supplantantur infidiis, quod non multum distet in virtute, aut decipere, aut decipi posse. Vid. Dannbaueri Theol. Consc. P. I. p. 103. Hi scilicet $\alpha\omega\lambda\sigma$; quicquid agunt, non inviti agunt, aut ad commodum aliquod spectantes. Sic DEUS largitur $\alpha\omega\lambda\sigma$; Jac. I. 5. i. e. promte & ex animo solo beneficiendi studio. *Flac.* Et ita in locis allegatis mores ac facienda respicit vox simplicitatis potius, quam dogmata fidei & credenda. Interim tamen & simplicitas ipsi fidei tribuitur Dannbauer. *Laßt. Catech. Part. V.* im Bericht vom einfältigen Glauben / quam simplex dicitur, propterea quod nihil peregrini habeat admistum, sed in sola acquiescat revelatione in verbo facta omni malitia, & dolo, corrumpendiq[ue] voluntate remota. 2. Cor. II. 17. *Olear.* nec loci quicquam relinqvat somniis, vel hominum speculationibus, aut sanctionibus scripturae minimè probatis *Hulsem. t. c. S. XXXI. & XXXII.* nec justo curiosius credenda in sacris literis manifestata scrutetur, ne veri Spiritus S. sensus jacturam faciat. *Αὐτὴν Σύνας* etiam dicitur $\alpha\omega\lambda\epsilon\gamma\sigma\tau\eta$ η τὸ μῆδεν ἐπινοῖς τωλάτοις ; Ita & simplex fides est $\alpha\omega\lambda\epsilon\gamma\sigma\tau\eta$, nec quicquam fingit sibi, aut credit, nisi quod προφῆται τοῦ γραφῆς tradit ex se atq[ue] mente Spiritus S. explicata, 2. Petr. I. 20. 21. Euclides multa rogatus de DEO, que petis, inquit, ignoro, hoc unum scio, *DEUM curiosiss esse imperiosum.*

sum. Beaman. Idem & fides simplex nimis curiosa indagandis
ratione mysteria perscrutantibus minatur.

S. III.

Dum autem afferimus fiduci simplicitatem, ea non patrocinatur craſſæ mysteriorum ignorantia inter nos maximè familiari, de qua ministri verbi divini imprimis habent, quod conquerantur. Quo sensu fides simplex si accipiat, non est optima, sed asylum ignorantia, quam prætexunt ii, qui supina negligentia occupati, ulterius in mysteriorum cognitione progredi recusant. Neque Pontificorum fidei simplicitæ & carbonariæ opitulatur. Hæc enim non fides simplex, sed ignorantia est, quæ Dannbauero Theol. Consc. P. I. pag. 102. dicitur simplicitas cœca, ignava exitialis fidei, quam pessima excipit vita. Male enim vivitur, cum de DEO non recte ereditur. Aug. Lib. V. de Civ. DEI 10. Et licet externa vita videatur ad honestissimos mores composita, tamen nihil veræ adest sanctitatis, sed stulta tantum persuasio cum simulatione & perpetuis erroribus conjuncta. Malum enim fidei in optimis moribus facit hæreticos, superbos, schismaticos, quos Scriptura proprie impios vocat. Lutherus. Videatur in hancrem Dannh. Laft. Catech. P. V. im Bericht vom Entfältigen Glauben / qui egregie ex Gen. XX. 5. 2. Sam. XV. 2. Actor. II. 46. Rom. XII. 8. 2. Corinth. VIII. 2.7. Cap. IX. 11. Jac. 1.5. Col. III. 23. simplicitatem explicat, quæ si accedit ad fidem, fides simplex est optima. Nam ἡ τῆς ἀπλότητος πίστις βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργασίας πιθανολογίας Athan. Orat. IV. contra Arian. p. 251. Illa simplicitas rationi imponit silentium, nec quicquam virium in cognoscendis mysteriis rationi sibi relictæ concedit facultatem, sed omnem eorum scientiam Spiritus S. operatur ex ore DEI per verbum scriptum loquentis. Et licet multa rationi videantur παραδοχήσαται, tamen fidei simplicitas ea credit verissima, propterea quod DEUS, à quo

qvo nil nisi verum proficiisci potest, Job. XVII. 17. nobiscum
communicavit. Et cum illa credat, qvæ DEUS tradit recondite
sapientie fons, simplex fides stolidis hominibus vide-
tur stultitia: qvippe qvi nihil admittere volunt, nisi qvod
cum stultæ rationis viribus consentiat: revera autem ea est
DEI sapientia nos ad vitam æternam deducens, 1. Cor. I. 21.
Cap. II. 6. 7. seqq. Eph. I. 8. 17.

§. IV.

Simpliciter fides commendatur Simplicitatem fidei maximè commendat Scriptura, 2. Cor. XI. 3. ubi vocatur ἀπόστολος η̄ εἰς τὸν Χριστὸν denominatione facta à fundamento hypostatico, qvod est CHRISTUS JESUS, 1. Cor. III. 11. Job. III. 16. 1. Job. V. 5. Hunc unum pia simplicitate certo persuasi habemus pro Salvatore, hunc unum amamus, hunc unum audimus, hunc unum sequimur. Ad. IV. 12. Job. X. 4. 5. Qvicquid ab ea simplicitate discedit, est φθορὰ pro-
fecta à πανεγείᾳ & multiplice arte Diaboli. Omnia igitur, qvæ
revelata ad CHRISTUM sunt referenda. Hæc est rerum ad
salutem nostram pertinentium connexio. Qvæ simul ac tur-
batur, simplicitas periclitatur fidei, & nisi in tempore ei ex
sacris literis paretur medela, corruptitur prorsus ac perit.
De hac simplicitate maximè fuerunt solliciti veteres Christi-
ani dicti inde imprimis à Valentinianis ἀπόλοι simplices. Cle-
mens Alex. Strom. L. II. p. 363. Triplex illi hominm genus con-
stituebant, πνευματικῶν, ψυχικῶν, σαρκικῶν Epiph. Heres. XXXI.
pag. 772. ψυχικὲς simplices appellantes, propterea qvod fide
simplici ad salutem properabant æternam. Vid. Korth. H. E.
Rationem candem suggerit Clemens l. c. verba digna, qvæ
adscribantur: οἱ δὲ ἀπὸ καλεσθέντων μὲν πίστιν τοῖς ἀπλοῖς αὐτούμενο-
τες ἡμῖν, αὐτοῖς δὲ τὴν γνῶσιν, ταῖς Φύσει σωζόμενοι, καὶ τὴν τελείαν Φε-
ροῦ[θ]ρον πλεονεξίαν σπέρματο[θ], ἐν πάρερχεν βέλονται μωκῷ δὶ κεχω-
ρισμένην πίστεων, η̄ τὸ πνευματικὸν τὸ ψυχικόν λέγοντες. Intelligimus
ex his, qvod simul ac homo à simplicitate recedit fidci, &
justo

justo altiora sapere cupit, stulta mentis persvasione abreptus
in errores incidat animæ saluti perniciosissimos. Idco &
Martyres & piæ in agone mortis constituti fidem simplicem
semper retinuerunt, qvâ cdocti omnem in JESU collocarunt
fiduciam. Stephani ultimum suspirium erat: *Domine JESU*
suscipe Spiritum meum Aetor. VII. 59. Hanc fidei simplicitatem
Martyres vel appellatione nominis JESU vel publica Chri-
stiani aut Christianæ professione declararunt. JESUM
enim appellasse, aut Christianum vel Christianam se con-
stanter nominasse erat fidem confirmasse. Ante suppicia
etiam, qvæ sustinere sunt coacti, de Christianæ fidei simpli-
citate sunt interrogati: num Christiani essent? Qvæ Chri-
stianorum fides? qvis Christianorum DEUS? Qvod ejus
nomen? Ad singulos Articulos clara voce responderunt
fidem alacriter comprobantes. Euseb. H. E. Lib. III. Cap. I. seqq.
Nicephorus H. E. Lib. III. Cap. XXXV. Hildebrandus de arte bene mori-
endi Cap. VI. pag. 81. Constat hæc fidei declaratio tanquam
poenæ titulus martyribus præferbatur, qva de re nos cer-
tiores facit epistola Lugdunensium de Attralo Martyre apud
Euseb. H. E. Lib. V. Cap. III. Περὶ αὐτοῦ τὸν κύκλῳ τῷ ἀμφεπτάρῃ,
τίναντον προάγοντο, ἐν ᾧ εἰέντες πομαῖσθι· εἴπεις εἰς τὸν ἄπαλον
οἱ Χριστιανοὶ. Præterea etiam morientes multi, qui per omnem
vitam variis cerebri speculationibus circumacti fidei simpli-
citate neglectâ multum peregrini admiscuerunt, morti tan-
dem vicini ad unum JESUM configurerunt. Exempla legere
licet apud Hildebrandum l. c. pag. 108. seqq. Pii etiam Impera-
tores Pontificiæ initiati religioni è vita excessuri simplici fidei
CHRISTIUM sunt complexi. Carolum V. Jacobus Mase-
nus Vir ordinis Jesuitici scribit Servatoris nostri patientis
confitum meritis pronunciatis ejusdem exspirantis verbis:
In manus tuas, Domine, commendabo Spiritum meum, inter religio-
rum circumstantium precies gemitusq; placidissimè 21.

B

Septem.

Septembris Anni 1558. exspirasse. In Anima His. Lib. VII.
pag. 205. Adde Thuanum Lib. XXI. Historiar. Fam. Strada de Bello
Bellio Lib. I. Nec Maximilianus II. fata suprema exspectans
Lambertum Gruterum Episcopum Neapolitanum prius ad-
mitti voluit, qvam esset pollicitus, se de nulla alia re verba
facturum, qvam de C H R I S T I merito & sanguineo ejus
sudore. Crato in Oratione ejus funebri, ex qvo Matth. Theatr. His.
pag. 1099.

S. V.

Spiritu fidei simplis. Dari igitur ac commendari fidem simplicem constat.
Nunc porro inqvirendum, quid sit Sacras literas si probè
executiemus, illæ hanc nobis proponunt fidei simplicis de-
scriptionem, qvod sit sapientia per Spiritum S. ex sacris literis
percepta, qvæ qua creditu ad salutem aeternam sunt necessaria, non
tantum verè secundum sensum C H R I S T I atque Spiritus, sed etiam
salutariter & cum effectu cognoscimus & ad vitam aeternam perducimur.

S. VI.

st. Sapientia philosophia principialis. Sapientia apprime tribuitur fidei simplici ex 1. Cor. II. 6. 7.
Propterea qvod analogice cum principium credendi, tum
etiam conclusiones ritè inde fluentes cognoscat. Fraudu-
lentas igitur simplex fides & vera sapientia fugit λογοα-
κίας, & qvæ καλὰ τὸ πνεύ intelligi non possunt, καλὰ τὴν δια-
νοιαν explicat. Non enim omnia dogmata αὐτοὶ εἰ & καλὰ
τὸ πνεύ in Sacris literis ostendi possunt, qvod frustra Fran-
ciscus Veronius cum suis à nobis postulat: sed qvædam per
proham legitimam & evidenter consequentiam deducenda
sunt ac colligenda exemplo C H R I S T I Matth. XXII. 31. 32. Sapi-
entia igitur opus est, non philosophica, qvæ demonstrativa
per suas causas à priori, sed πρωματική Col. I. 9. denotans
rerum altissimarum ex altissimo principio cognitionem.
Vocatur φίλοι οὐρανῶν μυστηῖον qvia à D E O est, consistens in
mysterio

mysterio sublimissimo. Schmid. in Comm. in h. l. Q[uod] propter viribus naturalibus ne sapientissimorum quidem hujus mundi parari potest v. g. sed per Spiritum S. vers. 14. C. XII. 3. non vero immediate ab ipso nobis traditur, sed interveniente verbo, ex quo qvicquid ad salutem consequendam necessarium unice hauriendum Deut. IV. 2. Jos. XXIII. 5. Es. VIII. 20. Lyc. XVI. 29. Job. V. 39. cuius efficacia non differt q[uod]oad rem à virtute Spiritus S. Q[ua]nq[ue] Part. III. S. T. p 492. eandemque indocendis, erudiendis ac convertendis hominibus vim, quam Spiritus S. habet, licet modus habendi sit diversus. Spiritus enim illam habet ex se, verbum vero tantum communicative. Qvicquid igitur verbum nobis tradit, id etiam tradit Spiritus S., qvia verbum nusquam nec unquam sine Spiritu est, Job. VI. 63. Traduntur autem multa à Spiritu per verbum, qvæ omnia summâ reverentia credenda, imprimis sapientia spiritualis, qvæ ad salutem creditu sunt necessaria ex eo cognoscit (1) secundum sensum CHRISTI & Spiritus S. 1. Cor. II. 14. (2) etiam salutiter, Job. XVII. 3. in quo dicto γνῶσις idem valet, qvod sapientia, nec nudam tantum ac theoreticam denotat cognitionem, sed spiritualem, practicam, salutarem, cum affectu & effectu fidei conjunctam, alias vita æternæ causa esse non posset, qva ratione habitus simplicis fidei differt ab habitu theologie. Illo enim in homine Theologo percunte, tamen hic manere potest, 1. Cor. IX. ult. Qvippe habitus Theologie non tam per Spiritus S. gratiam inhabitantem, quam assidentem confertur, operantem etiam certo modo in impiis Num. 23. & 24. Pbil. I. 15. seq. 1. Corintb. XIII. 2. Cum itaque sapientia ista ex verbo DEI hauriatur, & cognitione inde existat affectiva cù uique ad vitam æternam perduci possumus. Id, qvod etiam patet ex 2. Timoth. III. 15. Ubi notandum verbum σοφίας, qvod proprie idem significat,

ac sapientiam docere. Spiritus igitur sapientiam per verbum docet, quæ dicit eis *σωτηρίαν*.

S. VII.

um amantia
Personal doctrinale

Simplicis Fidei descriptione nonnihil enucleatâ fusius explananda, quænam creditu ad salutem æternam sint necessaria Dannbauer. *Theol. Conf. Part. I.* pag. 76. existimat, ea non evidentius exponi posse, quam in imagine architectonicæ. Domus quæ madmodum fundamento constat, atq; alia requirit ad conservationem: ita fides Christiana quasi domus est, quæ fundamentum postulat salutis, & alia credenda, quibus magis magisq; Christianus in fundamento confirmetur, ac contra hostium impetus & insultus tutus esse queat. Fundamentum autem fidei afferendum ejusmodi, in quo omnes fideles & V. & N. Testamenti conveniunt, quod vel *personal* *doctrinale* JESUS CHRISTUS, *i. Cor. III. 11.* vel *doctrinale*, quale illud, *Acto. XV. 11.* διὰ τῆς χάριτος Κυρίου ἡ σύνεσθε σωτηρία, καὶ ὃν τρόπον καλέσομεν, & *Cap. IV. 12.* εἰς ἐστιν ἐν ἀλλῳ ὅδεν ἡ σωτηρία, γη τῷ ὄντοι ἵστιν ἔργον ὃν τὸν θεογόνον τὸ δεόμενον ἐν αὐθίσμασι, εἰ φέρει τωδῆναι ἡμῖν. Fundamento huic pro tempore accessere & alia necessariò credenda. Unde nō necessario credendum distingvendum inter fundamentum necessario credendum, & inter articulum fidei necessariò credendum, fidei fundamento superstructum. Fundamentum fidei differt ab articulo fidei fundamentali, quodad necessitatem credendi inæqvalem. Qvicunq; salutem expetit æternam absolutè & simpliciter sciat & credat fundamentum fidei necessare est. Hac fidei instructi fuerunt, quotquot salvati, quæ nec infantibus baptizatis neganda, *Matth. XVIII. 6.* & eandem amplexi sunt, qui sub V. T. ad salutem pervenerunt sempiternam. *Genes. V. 29.* *Cap. XLIX. 18.* *Psalm. XIV. 17.* *Esa. LXIV. 1.* *Job. VIII. 56.* Vide pluribus Dannhaerum l.c. Articuli

culi verò fundamentales, qvi vel ad fidem ducunt, vel ex ea
fluunt, anteqvam patefacti, ignorari potuerunt sine ulla salu-
tis jactura, postqvam autem revelati sunt ac plena eviden-
tiqve ac sufficienti explanatione declarati, non ignorari,
neq; negari possunt: non ignorari, qvia profectum in myste-
riorum cognitione DEO debemus, Hebr. V. 12. 2. Petr. III. 18.
1. Corinth. XIV. 20. Ephef. IV. 13. ideo jubemur Scripturam
scrutari, ne ignorantia pariat errores & peccata. Matth.
XXII. 29. Cap. V. 22. seqq. Prov. XIV. 22. Psalm. LVIII. 4. Sed
lumen veræ cognitionis accendatur, Job. V. 39. 2. Petr. I. 19.
In suam itaqve peccat salutem, qvi non Spiritus S. adjutus
viribus conatur tantam crederidorum cognitionem sim-
plici animo sibi parere, qvanta nos per verbum DEUS vult
instructos atqve ornatos. Non negari possunt articuli fidei
fundamentales, imo ne minimus qvidem corum. Fides
enim, ut Lutherus loquitur, est una copulativa, cujus articuli
arctissimo vinculo cohærent, haud secus ac annuli catenæ,
ut unum si solveris, tota rumpatur compages. Id qvod
declarant verba Symbolica Athanasii: *Quicunque vult salvus
esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem, quam nisi quis
integralm inviolatamque servaverit; absq; dubio in eternum peribit.*
Chrysostomi simile hanc rem uberioris explicans desumtum
à monetæ adulteratione legi potest apud Finck. Can. Theol. IX.
Cent. III. pag. 15. Ita secuti Dannhauerum necessariò credenda
exposuimus, nunc paulo distinctius omnia explanabimus.

S. VIII.

Communem Theologorum sententiam retenturi distin-
gvimus dogmata ad salutem necessaria in ea, qvæ ante funda-
mentum fidei vel supponuntur, vel id intrinsecè constituant, vel conse-
quuntur. Inter ea, qvæ ad salutarem fiduciam conse-
quam præsupponuntur, primum locum obtinet dogma de

Dogma de
te fidei
id est
præsumt
cara sibi

de Deo

Sacrarum literarum divinitate, ut credatur, qvicq; id iis
comprehensum, à DEO profectum. (2) præreqviritur, ut
pro certo habeamus DEO curæ esse res hominum, atq; adeo
omnino credamus, esse potentem, qvi qvicq; id promisit,
possit servare, omniscium, qvi molestias animi & corporis
sciat, veracem, cujus verba fallere neqv; cant, immutabilem,
qvi in fide semel data ac promissis suis constanter perseve-
ret, (æternitas à nonnullis huc etiam referri solet, sed non
tam ad antecedentia qvam consequentia fidei referenda)
Sanctum, ut summa semper reverentia de supremo illo Nu-
mine cogitemus, non imitantes Gentiles, qvi Numina sua
multorum arguebant criminum, *justum*, qvi non poscit, qvin
peccata justa animadversione vindicet, nec ea condonet,
nisi perfectissimo pretio ~~proprio~~ satisfiat justiciæ ejus immu-
tabili, *Volentem* nos miseria liberare & pristinæ restituere
felicitati. Huc etiam referenda doctrina de *DEO Triuno Joh.*
VIII. 19. XVII. 3. 1. Job. II. 23. Sine hoc cum vera fides concipi
non poscit, illa omni tempore etiam Patribus V. T. creditu
fuit necessaria. Qvi enim per gratiam patris salutem desiderat
æternam, filium quoq; cognoscat necesse est, qvippe in eo
omnis gratia nobis conceditur *2. Tim. I. 9. Act. XV. 11.* Et cum nemo sine
Spiritu *Jesum* posset nominare Dominum *1. Cor. XII. 3.* nec quisquam
se *CHRISTI* verum profiteri queat cultorem, nisi habeat
Spiritum, is utique cognoscendus est atque credendus.
Rom. VIII. 9. Inde nec ignorari nec negari debet, filium ab
æterno à Patre esse genitum *Psalm. II. 8. Mich. V. 2.* Qvi enim
ab æterno est pater, ille vi relatorum etiam ab æterno habet
filium. Qvod vero atrinet ad processionem Spiritus S. à
Patre simul & filio, ignorari illa potest, non vero negari
ab iis, qvi in luce versantur doctrinæ purcoris: propterea
qvod processio à Patre expressis verbis asseratur *Job. XV. 26.*
à filio evidenti probetur consequentia, qvia (1) vocatur
Spiritus

Spiritus JESU CHRISTI Phl. I. 19. &c. (2) qvia à filio
mitti dicitur Job. XV. 26. Misso autem in tempore facta præ-
supponit æternam illam Spiritus S. à filio DEI processionem,
est qve illius declaratio ac manifestatio. Hic cum nobis
sit cum græcis, qvi negant Spiritum procedere à vel ex
filio, aliqua controversia, illam non tam excutiemus, qvam
paucis tantum delibabimus. Non immerito vero qværitur,
an negatio processionis Spiritus S. à filio Græcorum saluti
detrimenti qvieqvam afferat? Edita est eorum Orthodoxa
Confessio opera Panagiota Orientalis Occidentalisqve Imper-
atoriarū Majestatis Interpretis, in qua Mysterium Trinitatis
una nobiscum afferunt Græci. Confitentur p. 23. ὁ Θεὸς
εἶναι ἕνας (dictio græca minime pura, qvam excusat Nestorius
Patriarcha Sanctæ Urbis Hierosolymarum omnisqve Palæ-
stina in præmissa præfatione) εἰς τὴν Φύσιν καὶ τὴν σοίδαν μέ-
τρησυτότι, καθὼς εἴαι φανερὸν ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν αὐτῆς τῇ
Σωτήρι, οὐδὲ εἴσεν πρὸς τὰς Αποστολάς τα. Πορευθέντες μαθη-
τεῖσθαι τὰ ἔθνη, Βαπτίζοντες αὐτές εἰς τὸ ὄνομα τῷ πατέρες καὶ
τῇ τισ, καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι. ἀπὸ τὰ ὀντοτικά λόγια φανεράν-
ται, πῶς εἰς τὴν μίαν θεότητα νὰ εἴναι τρία πρότωτα, ὁ πατήρ, ὁ Τίτος,
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον h. c. Secundum naturam & essentiam Deus
unus est; at personis trinus, quod ex ipsis Servatoris nostri ad Apo-
stolos suos loquenter doctrina satis claret: Rentes docete omnes gen-
tes, baptizantes eos in nomine Patris, Filiī & Spiritus S. Unde
patet, in una eademque Divinitate tres omnino esse personas, Patrem
fum & Spiritum S. & pag. 25. καὶ εἴναι οὐδούσια διλλήλοις, κατὰ
τὴν διδασκαλίαν τῆς Εὐαγγελίσθησίν την, διὸ λέγεται ὅτι τρεῖς εἰσὶν ἡ
μαθητεῦσθε εἰς τῷ ξενιῷ οὐταλήρη, καὶ διὰ τὸν πνεῦμα, καὶ εἴσι δι τρεῖς
εἰς εἰς h. c. Sibi invicem consubstantiales sunt, docente ita Johanne
Evangelista (I. Joh. V. 7.) Tres sunt qui testificantur in celo, Pater,
Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Hoc tanta mentis
credunt contentionē, ut p. 26. ita scribant: καὶ τὰ φυλάτιον
μεγ

μεν τὴν πίσιν ταῦτην, αὐτοφαλῶς καὶ σιγεως, καὶ διανθήν νὰ ἀποθησια-
εν (όταν ή χρεία τὸ καλέσῃ) δια τὴν ἐλατίδα τῆς σωτηρίας μας, συνερ-
γάνων καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡμῶν ἔργων, ὡν τὰς ἀμεβάσις θέλομεν ἔχειν εἰ
ζερνοῖς αἰωνίως h. c. atque hanc firmam & inconcussam servare fidem;
illiusque causa, si necesse sit, mortem opportere, debimus, ob spem nimi-
rum aeternae salutis nostra adminiculantibus etiam bonis operibus nostris,
quorum pramia fructusque sempiternos in celo percepturi sumus. Ex
qvibus omnibus abunde constat, qvod tribus personis can-
dem tribuant essentiam, atqve honorem, qvemadmodum
etiam appellant illas τριπετώτα non tantum ὄμοσια, sed
etiam ἴστοια, interim tamen concedere nolunt Spiritum S.
ex filio processisse. Thesis enim ipsorum hæc est: Τὸ
πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκάπορενται ἐκ πύρα τῷ παλέῳ ἐς πηγὴν καὶ ἀρχὴν
τῆς θεοῦ Θ. Spiritus S. ex solo Patre velut fonte ac origine divini-
tatis procedit pag. 119. adiunt una, hoc esse firma fide creden-
dum, qvod non CHRISTUS tantum docuerit, sed q vod
orientalis etiam Catholica & orthodoxa crediderit Ecclesia,
& in secundo oecumenico Concilio communiter professa
fuerit, atq̄ Symbolum sine isthac appendicula καὶ ἐν τῷ βιβ.
& ex filio, ratum esse jusserrit. Imò vero gravi illas cen-
sura, qui hæc adjecere verba, non modo Orientalis Eccle-
sia Orthodoxa ac Catholica perstrinxerit, sed etiam occiden-
talis Romana. Provocant ad Tabulas duas argenteas jussu
Leonis III. Papæ Romani in Aede S. Petri A. C. 809. fixas
ac propositas, in quarum altera Græcè, altera latine illud
fidei symbolum, non adjecta ista particula, καὶ ἐν τῷ βιβ. &
ex filio prescriptum fuerit. Non de hujus rei veritate
altius repetenda sumus solliciti, sed potius quid de ipsa con-
troversia sentiamus, aperiemus. Cum Græci constantissi-
mè nobiscum unam eandemque essentiam tribus personis
esse communem affirment, tresque illas personas ejusdem
esse & aeternitatis & honoris, credant, nec quicquam de
tantι

canti mysterii Sanctitate detrahant, non ipsos vel ideo da-
mnados putamus, propterea qvod negent Spiritus S. pro-
cessionem à filio, imprimis cum dicant, se consequentiарum
evidentiam non videre. Non enim illa dicendi ratio: τὸ
πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ πορεύσαι εἰς τὴν οἰκίαν, Spiritus S. procedit ex
filio, κατὰ τὸ πνῆυμα in Sacris literis reperitur. Qvod si igitur
non meliora nec certiora per consequentiā ē Sacris
literis elicere possint, cum per omnia Trinitatis doctrinam
illibatam servent ac integrā, res est conscientiā, contra
qvam si qvicqvam afferant, ipsi iudicio DEI sunt commi-
tendi. Krom. in Theol. Posit. Polem. Proœm. p. 6. Scherzerus
una cum Hulsemanno existimat, inique propter hoc dogma
anathematizatos à Latinis Græcos. Differentia tantum
videtur initio constitisse in vocum disrepancia. Latini enim
processionem à Patre & filio, Græci processionem a Patre
per filium acerrime defenderunt. Qvæ apparens contra-
dictio facilime conciliari potuisset. Nam si communis spe-
ctetur vis spirativa, & à Patre, & à filio simili per æternam
spirationem Spiritus S. processit: Sin vero ordo persona-
rum consideretur, omnino dici potest, qvod Spiritus S. proce-
dat a filio per Sp̄itum S. Sed cum utraqve pars voces suas
retinendas putaverit, dissidium inde perpetuo lugendum
est exortum, & inimicitia secuta, qvæ multā Ecclesiam in-
vexit mala. Ita ex scintilla parvâ magnum saepe exoritur
incendium.

§. IX.

Verum redeo ad viam, à qua videor non nihil deflexisse,
seqvitur, qvod tertio necessario præsupponatur ad fiduciam
in DEUM consequendam unio personalis duarum in Christo
naturarum, qvod verus sit DEUS atque verus homo & qui-
dem ~~avapudēt~~ qui nisi fuisset, peccata sanguine suo expi-

Unio Personalis

C

are non

Pecato 4. are non potuisset, *Hebr. VII. 26.* Nec obedientia ejus activa & passiva, sive vita & mortis ignota esse debet, à qua fides omnem sibi vindicat valorem (4) crediturus sciat, se totum peccato esse infectum, ira divina atque pœnis presentibus ac æternis obnoxium, omnibus miseriis immersum, ex quibus propriis viribus eluctari non possit. Tantam miseriā, qui non agnoscit, nec de CHRISTO omnia bona reparante erit sollicitus (5) in mente hominis credituri presupponitur notitia, licet non distincta tamen confusa, de immortalitate animæ, mortuorum resurrectione, novissimo iudicio, salute & damnatione æterna. Vita æterna ad presupposita pertinet fiduci, si ea consideretur, ut melior status hanc vitam consecuturus. Nam si quis ejus per Christum adipiscendæ flagret desiderio jam ipsam ingreditur fidem, *2. Tim. IV. 8.*

S. X.

Dogmata que intrinsecè constituant sunt, que definitionem fidei salvificæ ingrediuntur, ut Kromayerus docet loc. cit. pag. 4. Fides autem justificans est fiducia, qua homo peccator firmissime credit, DEUM propter filii in carnem missi & passi meiūtum sui misereri in individuo, vitamque æternam sibi condonare. Unde hi fluunt Articuli Fidei constitutivi. (1) Qvod DEUS velit misereri hominis peccatoris. Universalitas autem benignæ erga homines voluntatis immediate presupponitur. Universalitate enim hac nondum cognita, nemo eam in individuo firma cordis fiducia sibi tribuere potest. (2) Qvod CHRISTUS *gratias* san-gvine suo hominum expiaverit peccata. CHRISTUS autem *gratias* cognoscendus fideque amplectendus, & quidem ut DEUS propter justitiam DEI infinitam, cui erat satisficiendum, ut homo propter jus propinquitatis & participationem

tionem sanguinis, qui pro peccatis erat effundendus, *Hebr. II. 14. IX. 22.* De universalitate meriti CHRISTI idem quod de gratia patris universaliter ferendum est iudicium. (3) Ipsam fidem ingreditur individualis partæ a CHRISTO gratiæ applicatio, quæ fiduciæ nomine venit, & notitiam atq; assensum presupponit, *Gal. II. 21.* Vita etiam æterna ad ipsam fidei pertinet constitutionem, quippe quæ finis habet rationem, *1. Petr. I. 9.* ubi πίστις πίστεως vocatur. Quemadmodum enim nemo stadium decurrit, nisi præmium sibi habeat propositum: Ita nemo fidei ingreditur atque emittitur stadium, qui non simul æternæ salutis præmia sibi pollicetur, *1. Cor. IX. 24. seqq.*

§. XI.

Consideranda tandem & dogmata *idem jam constitutam consequentia*, quibus non possitis & ipsa interit fides. Huc spectat (1) DEI æternitas non quatenus immutabilitatem, sic enim ad presupposita pertinet fidei, denotat, sed durationem initio carentem atq; fine, quæ credenda est, ut spem habere possimus certissimam de salute nostra æternum duraturam, quæ inanis esset, nisi certi essemus, DEUM esse, qui perpetuo sit existitus. (2) Sanctitas DEI non abstractè, sed relativè considerata, vel ut alii loqui amant, sanctificatio DEI effectiva, quæ nisi fidem sequitur, indicium est certissimum eam, vel prorsus non admissam esse, vel peccatis *jam excusam*. (3) Et justitiae DEI suus hic concedendus locus, quæ à sanctitate simulata revocat credentes, & in ærumnis solatur, non calamitatem, quam sustinent in perpetuum esse duraturam. Referunt *huc* (4) communicationem idiomatum in CHRISTO atque operationum, quam creditu necessariam putant non tam necessitate simplici, quam expedientiæ. Ad eos enim hæc præcipue pertinet

C2

5. tinet doctrinā, qvi in mysteriorum cognitione jam sunt
exercitati, interim tamen cum hodie abstrusissima rerum
divinarum mysteria summa enucleantur atque tradantur
perspicuitate, nec ea illos fugere debet, qvi nondum ad
exercitatorum pervenerunt ^{et}, atque perfectionem, ne
fiducia concepta detrimenti qvicquam capiat.. Nec (5)
ignotum esse debet credentibus dogma de officio C H R I-
S T I regio. C H R I S T U S enim nisi credatur is, qvi nos
tueri possit atque defendere contra hostes fidei insidiantes
atque fini fidei, fides ipsa mox expirabit.. (6) Ad confir-
mandam fidem credere etiam necessarium est esse Eccle-
siam, in qua verbi divini vigeat prædicatio ac Sacra-
menta legitimè usurpentur, tanquam media fidei conferendæ atq;
corroborandæ. De Sacramentis non nihil monendum. Ba-
ptismi necessitatem traditam leges. *Job. III. 5.* Qyanquam
qvod ad notitiam ejus attinet, infantum atque adulorum
dispar est ratio. Infantes effaciam potius sentiunt, qvam
de causa efficiente, aut finali cogitant. Adultus autem
prius per verbum informandus, ut inde concipiatur fidem,
qvam ad hujus Sacramenti usurpationem admittendus.
Fides enim in Baptismo obsignatur, *Rom. IV. 11.* Ad Sacra-
Cœnam nemo nisi probè informatus de ea ac fide jam con-
cepta accedere debet, *i. Cor. XI. 27.*

6.

§. XII.

Ut omnia nunc in summam contrahamus. Dogmata,
qvæ simpliciter creditu sunt necessaria, & qvorum etiam
damnata ignorantia, omnium Theologorum consensu, qvem
Sacrae effecere literæ, hoc articulorum vinculo connexa
cohærent: DEUS triunus *Job. XVII. 3. i. Job. V. 7.* intensissimo
in universum genus humanum nullo & nemine exce-
pto amore commotus, *Job. III. 16.* omnibus hominibus pec-
catoricus

catoribus, peccatis agnitis, Rom. II. 32. 2. Petr. III. 9. propter CHRISTUM ejusqve sanguinem pro omnibus hominibus effusum, Hebr. II. 9. IX. 12. 22. Verbo patefactum, Acto. X. 43. Job. XX. 31. fide apprehensum peccata condonat, 1. Job. I. 7. justitiam à CHRISTO partam imputat, Es. LIII. 2. Rom. III. 24. 25. Cap. IV. 5. Cap. X. 4. 2. Cor. V. 21. & vitam largitur æternam, Mart. XVI. 16. Job. VI. 40.

§. XIII.

Dogmata recensita dum simpliciter creditu ad salutem necessaria afferuntur, id intelligendum de iis, qvibus spatium relinqvit cogitandi. Necessitas enim illa interdum limitatur ab articulo temporis. Distinguendum inde inter eos, qvi convertuntur in puncto mortis, & inter eos, qvi bus adhuc spatium conceditur cogitandi. In illis nonnunquam ad fidem concipiendam non præreqviritur, qvod in his tamen necessario præsupponitur. Ita in illis fides accendi potest, licet de causa organica verbo scilicet *γεωνέστω* antecedenter non cogitent. Hi vero neutriqve fidem concipient ex prædicatione, nisi prius ipsis de infallibili ejus divinitate constet. Feuerb. Synt. II. Disp. 3. pag. 1468. alias piè morituris hanc articulorum creditu necessariorum præscribit sumnam, ut moriamur in CHRISTO, DEO, homine, nostro Propheta, Sacerdote, Rege, Mediatore, Salvatore vitaqve Principe & Auctore, Acto. III. 15. Hebr. II. 10. pro nobis passo ac mortuo & propter nostram justitiam resuscitato, &c. eumqve vera & constanti fide apprehendamus & invocemus: Tum beati in eo Domino vivimus ac morimur, & cum eo in æterna vita semper regnabimus & triumphabimus.

§. XIV.

Ipsa præterea sapientia & fides gradus qvoqve admittit. Et licet non eisdem omnes Christiani æqualiter in

capitibus Christianæ religionis progressus fecerint, tamen
DEI seria voluntas exigit, ut ad perfectionem viribus
superne acceptis strenuè contendant, *Hebr. VI. 1. Col. I. 9. Eph. IV. 13. 14.* Proinde Christiani est cuiusvis, ut sedulò incum-
bat in doctrinæ Christianæ capita melius subinde addi-
scenda, atque ex Sacris literis confirmando, nec ullo modo
id neget, qvod Spiritus S. in verbo afflato suo prescriptio
perspicue tradit, qvanquam humana ratio mysteriorum
divinorum cognitione longe inferior perfectam in hac vita
non obtinet renovationem, & vel millies Scripturæ reve-
lationi contradicere videtur, *Feuerb. I. c. pag. 1468.*

§. XV.

Discrimen etiam fides simplex constituit inter ea, qvæ
fidei definitionem ingrediuntur & immediate præsuppon-
nuntur qvæq; mediate; Illorum cognitio explicita neces-
saria ad salutem, horum notitia tantum reqviritur impli-
cita. Qvod si qvædam longius sunt remota ab iis, qvæ
fidem intrinsecè constituunt, eorum ignoratio simplex saluti
non nocet: Qvæ vero prorsus non ad fidem conciliandam
spectant, etiam ignorantia καὶ διάθετη ignorari pos-
sunt. *Krom.*

§. XVI.

Et ut eorum qvoq; faciamus mentionem, qvæ sim-
plex fides per legitimam consequentiam dedit, licet non
inter ipsa principia sint recensenda, qvale est verbum DEI
γένεντος, sunt tamen principia orta ex primis ac propterea
credendorum ac faciendorum norma. Nulla autem hic
alia à nobis asseritur consequentia, qvam qvæ ex ipsis
Spiritus S. sensu Sacris Literis comprehenso probè, eviden-
ter, atq; infallibiliter elicetur, nec ulla indiget demonstra-
tione, qvam *DEUS dixit!* Sic mysterium de *Sacro-S. Trinitate*
hac ab *Orthodoxis* exprimitur atq; asseritur propositione:
propo-

Tres sunt personæ in una eademq; essentia divina, vel una est
essentia divina & tamentres personæ ejusdem essentiæ A. C.
qvæ verba quidem non nam & pñtr in Sacris Literis haben-
tur, interim tamen per evidentissimam ex primo princi-
pio fluunt consequentiā, qvod tale est i. Job. V. 7. Tres
sunt, qui testantur in cœlo, &c. Qvapropter illa propositio
tres sunt personæ in una eademque essentia divina, vel,
una est essentia, &c. principium est ex primo ortum, tan-
quam norma credendi recipienda. Perinde namque sunt
ea, qvæ ex Scripturis (legitime & necessario) colliguntur,
atq; ea, qvæ scribuntur, inquit Nazianzenus L. V. de Theol.
ex qvo Quenst. Syst. Tb. P. I. pag. 36. Evidentia autem gra-
dus non genere differentes constituant consequentias,
qvod quidem ad auctoritatem pertinet, sed diversa tantum
inde in mente hominis existit notitia. Nam ratio, qva
porismata ex primis eliciuntur principiis, alia est facilior,
alia majore laborat difficultate.


S. XVII.

Ad controversias tandem de religione exortas ut etiam
deveniamus, simplex fides sibi maxime gratulatur, si omni
contentione liberata in DEI, atq; JESU dulcissimi con-
templatione svaviter reqviescere poscit. Turbatur enim
mens, fidei svavitas ex JESU vulneribus, & Spiritus S. testi-
monio resultans non nihil videtur imminui, si perpetuis
angamur controversiarum molestiis. Interim nec contro-
versiarum tractationem simplicitas fidei prohibet, aut abo-
let, sed si hæretici Ecclesiam aggrediantur aut Schismatici
ejus arctissimam tentent dissecare unionem, svadet potius,
ut ingruenti malo obviam eatur, & contradicentium ora
virtute Spiritus S. & verbi divini ad silentium redigantur Tit. I.
9. Hoc enim nisi fiat, facile fides corrumpi potest, animus
simpliciter credentium nihil talē metuentibus. Cavet vero
simplex

simplex fides simul, ne propter λογομαχίας & inutiles quæ-
siones lites moveantur 1. Tim. VI. 20. 21. Quidcirca melius
omnino consulteretur Ecclesiæ saluti, si quas quisquam op-
niones peculiares à communi reliqvorum Orthodoxorum
sententia discrepantes non evidenti sed probabili aliquaque
consequentia etiam ex Sacris literis haustas foveat, secum
in pectori reclusas retineat, nec in vulgo emanare patiatur.
Facile enim inde fieri potest, ut lites existant, vel schisma
aut hæresis exoriatur. Utramque autem Ecclesiæ pestem
simplex fides detestatur, quæ præterea etiam inimica est non
tantum ignorantia & addubitationi Eph. VI. 18. Jas. I. 6. sed
etiam religionum commissione 2. Cor. IV. 14. seqq. Nos vero
ut DEUS in simplici conservet fide, simplici mentis devo-
tione rogamus, quo tandem & nobis cum omnibus usq; ad
finem vitæ perseveranter credentibus vita contingat
eterna fidei simplicis certissimus

F I N I S.

S. D. G.



*Errata, quæ in Dissert. deprehensa sunt,
typographica legenda sunt sequen-
ti modo :*

In Præf. lin: 4. ante fin: rationem pro: ratonem
lin: pen. proposituri pro: propositrui. §. I. l. ult: optima
fides pro: optima. Fides. §. IV. l. 15. ab init. hominum
pro: hominm. l. 20. Οὐαλενίνης pro: ωαλενίνης l. 21.
διαΦέροντ̄ pro: διαΦεροντ̄ l. 45. εῖτιν pro: εῖτιν l. 46.
χεισιανός pro: χεισιανός §. VIII. l. 58. ἀγιον pro: ἀγιον.
l. 82. ἐκπορεύεται pro: ἐκάπορεύεται l. 83. Divinitatis pro: di-
vinitatis l. 106. ήτε διγ pro: ήτε διγ l. 5. ante finem: à Pa-
tre per Filium pro: à filio per Spiritum S. §. XVII. l. 13.
animis pro: animus.

*Piura si occurrant, H. L. benevolē observet queso argē emen-
det,*

IV 24 38.6

卷之三

00 A 6275



5b.

Retro ✓

W/17 Hi.91.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSESTITO THEOLOGICA
DE
FIDE SIMPLICE

quam.
Consensu Amplissimæ Facult. Theologicæ
Sub PRÆSIDIO

*VIRI MAGNIFICI, SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI,*
DOMINI

D. JO. FRID. MAYERI.

Sacri Palatii Cælarei Comitis, Consiliarii S. Reg. Maj. Svcc.
Sereniss. Duc. Holsatia, & Reverendissimæ Abbatissæ Quedlinburgensis in
Sacris Primarii; Universitatis Gryphiswaldensis Pro-Cancellarii Perpetui,
& Professoris Theologiæ Primarii, Consistorii Regii Præsidis, Pomeranie
Svecicæ Rugiæq; Superintendentis Generalis; Facultatis Theologicæ
h.t. DECANI, atqve Academiæ RECTORIS,

Patroni Sui summâ observantiâ colendi,
PRO LICENTIA

conseqvendi Doctorales in Theologiâ honores
placidæ Eruditorum Disqvistionis

ad d. 25. Octobr. 1702.

offerit

JOACH. FRID. Schmidt /
Ecclesiastes Stargardensis.

GRYPHISWALDIAE,

Tpis DANIELIS BENJAMINIS Starckens /
Reg. Academ. Typogr.

39